



**Chronologiæ Veteris Testamenti Accvratvm Examen
Augustiſimæ, Invictissimæq[ue] Domui Austriacæ
Dicatvm**

Philippi, Henricus

Coloniae Agrippinae, 1637

Avgvstissimo Invictissimoqve Romanorvm Imperatori Ferdinando III.
Hvngariæ, Bohemiæqve Regi potentissimo, Archiduci Austriae &c. Domino
Meo Clementissimo, Feliciſimè, viuere, fortiter vincere, ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64340](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-64340)

AUGVSTISSIMO
INVICTISSIMOQVE
ROMANORVM IMPERATORI
FERDINANDO III.
HVNGARIÆ, BOHEMIÆQVE
Regi potentissimo, Archiduci Austriæ &c.
DOMINO MEO CLEMENTISSIMO,
*Feliciſimè viuere, fortiter vincere, diutifimeq;
Imperare.*

INVICTISSIME CÆSAR, FERDINANDE TERTIE,
 Aud inuenustè magnum illud Græ-
ciæ lumen Aristophanes in Reipubli-
cæ Administratore, non solùm quan-
dam scientiarum omnium Encyclo-
pædiam, sed etiam insignem vitæ, morumque
sanctitatem requirebat, ideoque graui obelo tem-
porum quorundam improbos mores configit,
quibus palam etiam iactabatur carmen illud,

Η δημαγορδία γὰρ ὅν πρὸς Μουσικὴν
επ' εἰλικρινῆ οὐδὲ τρόπον τρέπεται.

Quo Senario impii quidam Logodædali, Reipu-
blicæ

EPIST. DEDICAT.

blicæ gubernationem, neque penes Musicum,
neque penes Virum probatorum morum consi-
stere, mentiri nō verebantur: cùm econtra omnes
veræ Sapientiæ, veritatisque amatores vnanimi
sensu, oreq; profiteantur; tum demum Reipubli-
cæ benè fore, cum Moderatorem *Musica* bene
peritum, omnisq; probitatis cultorem, atq; ante-
signatum nacta erit. Quo quidem dicto, ne statim
in vestibulo sermonis mei, imperitoribus an-
tiquarum parœmiarum Misologis sim offendicu-
lo, illiq; nobis cum vulgo ingerant inconcinnum
illud, quid *Musica* ad Rempublicam: tenendum
est, *Musices* olim nomine omnem liberalem eru-
ditionem à Veteribus fuisse designatam, quam
nostrī sæculi Oratores Encyclopædiam dicere
maluerunt. Illi quidem benè; quod qui iucundissi-
mam omnium Scientiarum harmoniam inde-
ptus est, dulcissimum quendam, cum in animo
suo, tum in alienis auribus concentum, circa o-
mnem propositam sibi quæstionem enucleatè dis-
serendo, efficit: Hi verò etiam non imperitè; quod
eximiè doctus omnium Scientiarum Propola cir-
culum quendam, atque ambitum bonarum o-
mnium disciplinarum comprehendat, quo ille o-
mnes

EPIST. DEDICAT.

mnes Veritatis lineas accuratissimè nouerit de-
circinare, & ad vnum omniū centrum Devm Opt.
Max. omnis Sapientiæ originem didicerit sapien-
ter reducere. Talem ergo exquisitæ Sapientiæ Pu-
gilem, nobilitatumq; multis doctrinæ palmis He-
roëm, qui simul egregia Virtutum panopliâ ador-
natus possit ad omnem honestatis, diuini zeli, atq;
pietatis perfectionem laudabiliter grassari, talem,
inquam, censem vetera Sapientum oracula ad su-
prenum Reipubl. apicem euehendum, clavo ac
gubernationi adhibendum, illius nutum atq; im-
perium venerandum, sequendum, executionique
mandandum. Quæ quia in TE Cæsar Augustissi-
me FERDINANDE TERTIE, tanquam in aliquo co-
piæ cornu, partim magno Dei immortalis benefi-
cio, partim tuomet labore sedulo, partim gnauâ
bonorum Magistrorum institutione congesta a-
nimaduertit nostra ætas, admirantur Doctorum
pulpita, venerabiturq; omnis sæculorum posteri-
tas, est sanè quod Romanum Imperium, /ad cuius
gubernationem vnanimi Bonorum omnium vo-
to adlectus es, atq; assumptus sibi congratuletur;
est quod Germana Natio sibi adplaudat; est quod
subditi omnes Tui delatis Tibi sceptris conge-
stant,

EPIST. DEDICAT.

stant, eaque mecum omnes honore debito, atque obseruantia taciti prosequantur. Nolim hic ego in sublimē Tuarum laudū orchestrā ascendere: nolim Te in spatioſiſſimo optimarum ſciētiarum curriculo, non Metœnatem tantūm atque Ago- nothetam, ſed nobilem etiam, multisque laureo. lis decoratum lanifam toti mundo ſpectandum proponere: nolim præterea in amoeniſſimos Virtutum Tecum cum primo lacte nutritarum, e- ducatarumque campōs excurrere, tum ne illud mihi diuerbiū occinatur, *Vinum vendibile non eget ſuſpensā hederā*; tum ne Soli ipſi meridiano in omnium oculis ſpectuque conſtituto radios aliquos mea oratione affundere videar voluisse; quo- rum illud in ludibrium meum; hoc mihi etiam in turpem desipientiæ notam, infamiamque verte- retur: tum vel multò maximè, ne oleas Christianæ modetiæ, quibus omnes vitæ tuæ rationes com- prehendis, egressus ſermio meus palpum facere, fu- minumque diuendere velle videatur, qui aliâs nudæ veritati affuetus non niſi ſanctos eius, incorru- ptosque colores admittit, purosq; ſinceritatis ra- dios iaculatur. His igitur iam nunc ſepotis ac re- iectis, ad Auguſtissimam viuamque mentis Tuæ

Biblio-

EPIST. DEDICAT.

Bibliothecam humiliorum Clientum vnuſ in-
gredior, coramque CÆSAREA MAIESTATE Tua ser-
uorū vnuſ ego multis nominib⁹ obligatissimus
nouum Bibliothecæ Tuæ auctarium infero, Re-
ginæque Scientiæ, iimò Imperatrici Orbis Ger-
manici *Encyclopediæ* Tuæ munus non incogni-
tum repræſento, eiusque *Sacrae Chronologiae* (cuius
faces præambulas ingeniosæ luentuti Tuæ præ-
tulit olim piæ memoriarum Reuerendus Pater Hen-
ricus Philippi, bonus animæ Tuæ cultor & Inſtru-
ctor) splendorem posthumum exhibeo, tempora-
que & annos, & dimidia temporum ab Orbe Vr-
beque conditis euoluta, Eclipses etiam & Epaſtas,
Solis & Lunæ Cyclos, Æras item & Olympiadæ
cum Patriarcharum, Iudicium, Regum, Prophe-
tarum, Pontificumque syllabo, cum Regnorum
Principatumq; cōſtitutionibus, euersionibusq;
vſque ad Christi IESV salutiferum gratiæ tempus,
typographiæ meæ adminiculo menti iterum
Tuæ obiicio, vt quibus olim augustas animi Tui
tabulas magna cum voluptate consignasti, iif-
dem veluti grata promulſide mentem aliquando
Tuam magnis Imperij curis æſtuantem ac defati-
gatam perfundere, & aliquantulum recreare va-
leas.

15 EPIST. DEDICAT.

leas. Si enīm Amægaudium fuit, cum Azeſiam
(cui à iuuentute affuetierat colludere) iteratō re-
perit; maius profectō augusto pectori Tuō erit,
cum veteres illos Tuarum Scientiarum fructus, in
hoc quasi cornu copiæ comprehensos, postlimi-
nio reproductos aspicies, vsuque ipso & gustu eo-
rum dulcedine perfruēris. Id vt inter dies, Tibi,
Tuisque Cæſar FERDINANDE III. Nestoreis
diuturniores, Crœſæis opulentiores, Datidicis vi-
ctoriosiores, Datylæis gloriosiores consequaris,
vouent omnes Aquilæ huic inscripti Populorum
Principes, vouent omnes boni Tuorum regno-
rum Megistanes, vouet denique Domi suæ Ciui-
vetus & Bibliopola Coloniensis honorum tuo-
rum & victiarum fautor & appreciator studio-
fissimus, &

Augustissimæ Maieſtatis Tuæ

humilimus cliens & seruus

IOANNES KINGHTVS,
Anno 1637. Kalendas
Aprilis.